

neuter eorum esset prælatus . Putà fortè e-  
 rant tantum tres , & alter eorum erat præla-  
 tus, qui obiit, & neutrum ex eis qui supersti-  
 tes remanserunt, præfecit alteri, & sunt in lo-  
 co, vbi nullus est frater sui ordinis, quia nō  
 est ibi prouincia, neq; custodia, tunc si ibi ef-  
 set aliquis conuentus sui Ordinis, vbi esset  
 prælatus , puta Guardianus, quem fratres  
 ibi existentes elegerunt, siue virtute indulto-  
 rum , siue auctoritate alicuius prælati, sub-  
 quo etiam fortè remoti à gente militant ,  
 tunc illi duo fratres debent se illis fratribus  
 iungere, & à prælato illius conuentus licen-  
 ciam vtendi præfatis gratis, recipere. Si ve-  
 ro ibi nullus sit conuentus, vel prælatus sui  
 Ordinis, tunc si illa loca sint iam per ordi-  
 nem suum reposita sub aliqua prouincia, aut  
 custodia, prædicti fratres habeant à tali mini-  
 stro vel custode prædictam licentiam . Si  
 autem loca nōdum sub aliqua prouincia vel  
 custodia sunt redacta, si Prouincia aut Cu-  
 stodia parum distent, tutius est quod à præfa-  
 to Ministro, aut Custode prædictam licenti-  
 am recipiant. Si vero multū distent prouin-

cia